Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Servasanctus de Faenza et Ps.-Bonaventura, Sermones de sanctis - Cod. St. Blasien 32

David <de Augusta>

[Elsaß ?], [um 1400]

Register

urn:nbn:de:bsz:31-49431

Visual Library

q(ue) regendi q(ue) reprimenda q(ue) tolanda XIX
Que vicia comitentur vel alia mala vel-
le diligi ab hominibus . XX .

Incipit tabula s(upe)r libro david fr(atr)is in noviciorum et p(ri)mo sup(er) p(ri)mu(m) . 4 .

De quatuor in quib(us) incipientes debent e(ss)e cauti si volunt p(ro)ficere . 5 . a.
De d(omi)na ut t(er)iorem suspicionem et temerarium iudicium et iniu(stum) . 5 . b
De 3bus temptacionibus carnis mundi et et diaboli 6 . c.
De tribus g(ra)dibus religiosor(um) 7 . d.
De t(ri)plici statu religiosor(um) incipientium p(ro)ficiencium et perfectorum 8 . e.
De reformacione rationis 9 . f.
De reformacione voluntatis 9 . g.
De reformacione memorie 9 . h.
Nota quomodo naturales vires a(n)i(m)e et motus affectionum de forti sunt 9 . i.
De triplici superbia 9 . k.
Quando bona n(ost)ra vel mala debemus ondere vel occultare 10 . l.
De quadruplici defectu 10 . m.
Descripcio viciorum 11 . n.
De affectu invidie . 11 . o
De affectu ire . 11 . p.
De affectu accidie . 11 . q.
De affectu gaudii . 11 . r.
De affectu avaricie . 11 . s.
De appetitu victualium . 11 . t.
De affectu dilectionis 12 . v.
De spe 12 . x
De timore 12 . y.
De pudore 12 . z.
De singulorum viciorum na(tur)a et descriptione 12 . a.
De tribus que expellunt vicia 12 . b.
De remediis generalibus contra vicia 13 . c.
De remediis specialibus viciorum 13 . d.
De remedio superbie 13 . e.
De invidia 13 . f.
De remediis invidie 14 . g.
De remedio odii 14 . h.
De ira 14 . i.
De remediis ire 14 . k.
De accidia 15 . l.
De remediis accidie 15 . m.
De avaricia 15 . n.
De remediis avaricie 15 . o.
De gula 16 . p.
De remediis gule 16 . q.
De luxuria 17 . r.
De remediis luxurie 18 . s.

Item tabula sup(er) secundum qui est de p(ro)fectu religiosi qui distinguitur in septem p(ro)cessus 19

Primus est in fervore noviciatus quo conversus valet ad o(mn)ia 19
Secundus est in labore cor(poralis) exercitacionis ubi d(icitu)r in quib(us) consistat cor(poralis) exercitacio 19
Tercius est in spirituali consolacionis infusione ubi d(icitu)r in quib(us) consistat spiritualis consolacio et adquid detur . 19 .
Quartus est temptacionis et pugne 20
De speciebus temptacionum 21 . a.
Una species est subtractio devocionis 21 . a.
Secunda difficultas boni operandi 21 . b.
Tercia fastidium boni 21 . c.
Quarta gravis inpacientia contra deum 21 . d.
Quinta remissio animi ab intentione proficiendi 21 . e.
De remediis temptacionum . 22 . f.
De generalissima temptacione . 22 . g.
De utilitate subtractionis consolacionis . 22 . h.
Quomodo fiat recessio a deo bono . 22 . i.
Utrum sit utilius breviter temptationes quam tarde . 22 . k.
Quomodo sit resistendum temptacionibus 23 . l.
Quintus processus et status remediorum spiritualium contra vicia . 23 . m.
De sanitate anime et in quibus consistat 23 . n.
De actione . 23 . o.
De locucione 24 . p.
De disciplina morum 24 . q.
De cordis compunctione que consistit in rectitudine voluntatis in statute affectionis et puritate cogitacionis de quibus inde dicitur 24 . r.
De quibus spiritualibus exerciciis 25 . s.
De agilitate ad incipiendum bonum 25 . t.
De velocitate abstinendi se a malo 25 . v.
De pace cordis 26 . x.
De paritate utendi habendi et cupiendi que sunt mundi 26 . y.

De humili estimacione sui 26 .z.
De vilitate et servositate 26 .a.
De suspensione mentis in deum 27 .b.
Sextus processus est qui constat in pijs virtutibus 27 c.
De affectibus mentis 27 .d.
De habitu religionis 27 .e.
De caritate 28 .f.
De virtutibus 28 .g.
De gradibus caritatis dei. Primus est ut nullus rei amorem preponat amori dei. Secundus est studiosum esse et voluntarium non solum ad precepta sed ad omnia que sunt dei. Tercius est tanto affectu estuare ad deum quod sine ipso quis vivere non possit 29 .h.
De dilectione proximi que distinguitur quia una est carnalis alia cupiditatis alia socialis alia spiritualis de quibus idem dicitur 29 .i.
De iudicijs carnalis amoris 30 .k.
De dilectione proximi bona et eius gradibus 31 .l.
De humilitate que distinguitur tripliciter 31 .m.
De humilitate ad nos 31 .n.
De humilitate ad proximum 31 .o.
De humilitate ad deum 32 .p.
De triplici gradu humilitatis ad nos 32 .q. Primus est ut homo agnoscat se mole reos. Secundus ut ab alijs spiritu et vilis reputari velit. Tercius ut in magnis virtutibus non extollatur
De paciencia que triplex est alia necessitatis alia fraternitatis alia virtutis 32 .r.
De probacione paciencie 32 .s.
Ad quid valeat paciencia 33 .t.
De triplici gradu sive profectu paciencie 33 .v. Primus ut distat homo motus ire reprimere. Secundus ex longo usu paciencie referendi iram non sentiri adversitate. Tercius gaudere in tribulacionibus
De obediencia 34 .x.
De triplici virtute obediencie 34 .y.
De triplici obediencia scilicet necessitatis cupiditatis et caritatis 34 .z.
De triplici gradu obediencie. Primus est obediencie ex timore supplicij. Secundus spe premij. Tercius ex sola dilectione dei 34 .a.
De paupertate et contemptu diviciarum 34 .b.
De duplici contemptu diviciarum 34 .c.
De X causis que consulunt contemptus diviciarum 34 d.
De triplici gradu contemptus. Primus nichil velle habere ultra sibi necessaria. Secundus non velle habere sufficienciam sed solis necessarijs velle contentari. Tercius nichil velle possidere et in necessarijs habere penuriam 36 .e.
De sobrietate et in quibus constat 36 f.
Sobrietas 37 .g.
De triplici gradu sobrietatis 37 .h. Primus cavere a crapula et ebrietate. Secundus a quibusdam licitis abstinere. Tercius ut non solum sit contentus in hijs que exime sufficiunt necessitati
De alia distinctione graduum 37 .i. Primus paciencie cavere cum non potest habere aliquid potus que delectat. Secundus velle carere pro deo in hijs que possunt haberi. Tercius posse sine difficultate abstinere ab hijs delectabilibus
De eo quod virtus tenet medium viciorum 37 .k.
De eo quod vicia virtutes se esse mentiuntur .l.
De castitate 38 .m.
Castitas X^{em} facit. Cor mundificat. Mentem facit liberam. Conscienciam letificat. Angelis et hominibus amabilem facit 38 .n.
De hijs que valent ad acquisicionem castitatis 38 .o.
De divisione castitatis 39 .p.
De gradibus castitatis prout religiosis convenit. Primus continencia ab actu carnali. Secundus cum premaceracione carnis affectus mundare. Tercius quod carnis concupiscencia vix aut raro et tenuiter senciantur 39 .q.
Septimus processus De profectu contemplative 39 r.
De intencione 40 .s.
De tribus modis orandi 40 .t. Primus vocalis. 2us publica ex ipso affectu forti
De diversis affectibus oracionis et ymaginibus diversarum prout ideo quis orat 40 .v.
De triplici pane 40 .x.
De graciarum accione 41 .y.
De septemplici consideracione que attendit ad gracie actiones 41 .z.
De laudacione dei 41 .a.
De septemplici materia laudis dei 42 .b. Tercius modus orandi est mentalis
De affectu oracionis 43 .c.
De reputacione dei in affectu oracionis 43 .d.

De formis orandi xx .e.
De utilitate orationis xx .f.
De trahentibus a profectu et salute xxi .g.
De causis quare non exaudiuntur orantes xxi .h.
De specialibus orationibus xxi .i.
De generibus devotionis et compunctionis .xviii. .k.
De revelationibus et visionibus et ymaginariis ~~nariis de~~ naturae divinationibus xviii .l.
De modis revelationum xix .m.
Cur deus subtrahat bonis devotionis gratiam .40. .n.
De temptationibus devotorum .40. .o.
Quod corpus Christi quinque de causis sumitur 22 .p.
De diversis affectibus quibus trahimur ad communicandum 22 .q.

Explicit tabula.

Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Sicut ad oculum videmus quod illuminatio aeris tota causatur ex emissione radiorum solis visibilium sic similiter debemus quod totum esse omnium creaturarum totaliter dependet effective et conservative a primo ente quod deus est. Et si deus suum esse rebus creatis subtraheret subito in nichilum redigerentur sicut de nichilo facte sunt. Eodem modo creatura rationalis quantum ad esse gratie totaliter a Christo qui deus est et homo dependet et ab eo conservatur. Et in Christo omnes quasi est sol iustitie continue influat eius lumen vitae et ignem caritatis. Stati desinit continue unde et mutuo operari oremus ergo et laboremus ut possimus in Christo firmissimo fundamento permanere.

[Nota]

Dicit enim beatus Augustinus. Nata rationalis adeo solum facta est ut summum bonum deum intelligat intelligendo diligat diligendo in eo quod est vita eternali permaneat et beate vivat quia sicut anima vivat vita est corporis sic deus vita animae. [In li. de spiritu et anima in pri.] Cum ergo tu sis rationalis creata ad ymaginem et similitudinem dei facta [gen. 1. c] noli fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Habes enim faciem sursum erectam et non sicut bestie terrena sed sicut angeli celestia queras. Ubi ergo sit cor tuum ubi est thesaurus tuus. [Mt. 6.] Est autem thesaurus tuus Ihesus Christus sponsus tuus dilectus tuus. Candidus et rubicundus electus ex milibus. [Cant. 5. c] In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. [Col. 2.] Vigila ergo o anima Christo devota et singula que de Christo dicuntur diligenter discute considera attente morose pertracta et domini tui imitare vestigia. [ex vita Christi] Ille propter te descendit ad terrena tu propter eum surge terrena que te salvare non possunt et appete celestia. Si dulcis est mundus dulcissimus est Christus. Si amarus est mundus omnia propter te sustinuit Christus. Surge et ambula noli pigrescere in via ne locum perdas in patria. Primo ergo ad cor cum sensus cogita quod peregrinus es et advena [Pe.] sicut omnes patres tui. Non enim habes hic manentem civitatem sed futuram inquiris. [Eph. 4.] Unde sic bonus viator attende quomodo caute ambules quia arta est via que ducit ad vitam et lata est que ducit ad mortem. Et heu multi sunt qui ambulant vias non bonas sed post peccata sua. Sed ve hiis qui via Cayn abierunt et via patrum id est Christi non meminerunt. Est enim via lata via polluta scilicet lubrica per concupiscentiam carnis. Luminosa per concupiscentiam oculorum. Ventosa per superbiam vite et hec est dyaboli. Via arta est via recta et immaculata scilicet castitatis paupertatis et humilitatis et hec est via Christi. [ex vita Christi] Ut ergo possis esse securus in omnibus virtutibus et bonis moribus propone tibi istud perclarissimum speculum et totius sanctitatis exemplar scilicet vitam et mores filii dei domini nostri Ihesu Christi qui ad hoc de celo nobis missus est ut preiret nos in via virtutum et legem vite ac discipline suo nobis daret exemplo ut sicut ad ymaginem eius naturaliter creati sumus ita ad mores eius plenitudinem per imitationem virtutum pro nostra possibilitate reformemur qui eius ymaginem in nobis per peccatum fedavimus. [Augustinus] Quanto autem quisque se ei in virtutum imitatione conformare studuerit tanto ei in patria in glorie claritate propinquior et similior erit. Qui enim super hoc fundamentum [1. ad Cor. 3. c.] edificaverit aurum argentum et lapides preciosos id est dilectionem dei dilectionem proximi et bona opera. Hic assimilabitur viro sapienti qui edificavit [Mt. 7.] domum suam super firmam petram. Petra enim est Christus. Utinam ergo quia viatores exemplo prudentis viatoris attende quo velis ire. Primum enim